



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Deus In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Summæ sapientiæ esse, quòd Deus nôrit malis bene vti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

## CAPVT LVIII

Cur Deus peccata, quæ non solum in bello, verum etiam in toto  
Mundo plurima perpetrantur, permittat?

I.

Psal. 70. 17.

**V**Exat multos ista quaestio, cur Deus aut mala, aut malos, immo peccata ipsa, quæ sola sunt verè mala, in mundo esse permittat? In qua Plato iubet quiescere: David autem ait: *Os meum annuntiabit iustitiam tuam; tota die salutare suum. Nam etsi non cognovi litteraturam, tamen introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiae tuae solius. Deus docuisti me à iuventute mea: & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua, & usque in senectam & senium: Deus ne derelinquas me.* Inter mirabilia autem maxima est, quòd permittat peccata. Cuius rei multas licet afferre causas: generalem indicat illam D. Augustinus, ex altissimo diuinæ sapientiæ ingenio petitam: *Melius iudicantis de malis benefacere, quam mala esse non permittere.* Quam mirabilis hæc sapientia est? malis bene uti; de venenis facere medicinam; de ipso valere procurare sanitatem? atque in ipsis exitijs salutem reperire? Quam verò salutem? vt nimirum ipsa peccata, quibus nihil est Deo magis contrarium, sint occasio immensæ illius clementiæ, patientiæ, bonitatis, beneuolentiæ, beneficentiæ, omnipotentis, iustitiæque cognoscendæ. E quibus agnitis oritur incredibilis amor, & salutaris timor ac reuerentia Dei. *An dimittas bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contempnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?* ait Apostolus. Percurramus singula.

Rom. 2. 4.

II.

Primò numquam Marius gladium fabricasset, quo se sciret interimendum. At Deus hominem fabricauit, à quo se sciret millies violandum. Quis figulus è limo formaret ollam, à qua sciret, se ignominiam, multaque alia incommoda reportaturum? Deus è limo terræ finxit hominem, quem ab æterno præuidit præuaricaturum, & præcepta illius contempturum; quodque vidit, se ipsa est expertus. Quis nostrum tantæ esset patientiæ, vt eum ad maximos honores ac dignitates promoueret, à quo certò sciret se maximis contumelijs afficiendum? At Deus hoc facit, tantæ sunt diuinitas bonitatis eius, & patientia, & longanimitas. Nec pri-

CAPVT

LVIII

1700